



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Bremensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

HAMBURGENSIA.

439

tionis virginis matris gloriosæ, spectabilis & e-
gregius vir, Dominus ALBERTVS CRANTZ,
sacrae Theologiæ ac Decretorum eximius Doctor,
Ecclesiæ Hamburgensis Canonicus, lector facun-
dissimus, doctissimusque, & olim Decanus: morum
ac virtutum specimen & exemplar, patriæ decus,
feliciter concessit in fata. cuius anima cum beatis
molliter quiescat.

AENIGMA INCISVM LAPIDI SE-
PULCHRALI IN TEMPLO CATHE-
drali.

Ø, MORS, CVR, DEVS, NEGAT, VITAM,
SVPER
BE, TE, BIS, NOS, BIS, NAM.
Canon.

Ordine da primam medie, mediamq, sequenti,

Debita sic nosces fata, superbe, tibi.

Quid mortalis homo iactas te? quid duc superbis?

Cras forsansies pulvis & ymbr a leuis.

Quid tibi opes profunt? quid tuc tibi magna potestas?

Quid duc honor? aut prestas quid tibi forma? nihil.



BREMENSIA.

IN TEMPLO PRIMARIO.

BARTHOLDI RANTZOVII, qui obiit anno
M. CCCC. LXXXIX.

F Vnde viro lacrymas Brema, atq, hanc pläge via-
Extinctum, virtus que super astra leuat. (tor
Bartholdi Ranzou præclaro stemmate nati
Hoc tumulo cineres ossaq, clausa iacent.

50 2

Dum

*Dum vixit sacro venerandus in ordine vixit,
Buxhuda extremum clausit in vrbe diem.
Cui vita, atq; animo studuit seruire pudico,
Defunctum regnis, insere Christe, tuis.*

IN CVRIA.

*Tempore cū longo domus hæc collapsa fuisset,
Orbâq; iam cuncto pene nitore foret:
Sumptib; hæc proprijs voluit reparare GERARDVS
Qui de RAN ZOO stemmate nomen habet
Esset vt hospitij sedes sibi grata, suisq;
Qui cupiunt vrbis commoditate frui.*

PALATINA,

SEV

HEIDELBERGENSIA.

IN HEIDELBERGAM IVL. CAES.
SCALIGER.

Nobilis Imperio Franconia dextra potenti
Belligero nulli Marte secunda viget:
Cum victis ab se pepulit vectigal Alanis,
Liber a Germano nomine Franca fuit.
Nec contenta suis angustis finibus (illi
Quæ par virtuti terra futura foret?)
Egreditur: superat. Germani ô pectus honoris!
Victoris victos nomina ferre sat est.
Non aliundè venis: Francusvæ est Hectoris vllus.
Quid peris à victo stemmata? tota tuæ es.

DVCVM